η lib. IIX. pag. 732.

naba Briſſonii η verba & formulas noviſtis, qui eum umquam legiſtis, Patronus municipii Interamnatium hoc elogio à ſuis ornatur, *Et quidquid in egregium hominem laudis dici poteſt, in hac ſit beneficio naturæ conlatum.* Quid majus aut amplius Præceptor diſcipulo voveat olim eventurum? nec ampliorem commendationem requiret.

ϑ Martial. lib. 3 epig. 5.

ϑ Hoc ſatis eſt. alios commendat epiſtola. peccat
qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

ι c. XXXIII. §. 11.

Ego verò & FINDEKELLERO meo, omnibusq; probæ ſpei & rei adoleſcentibus precabor illud, quod Moyſes olim tribui ~~Judæ~~ Levi in Deuteronomio. ι Vos verò, *Patroni Magni*, ſalvere jubeo, & ad gratioſam audientiam denuò invito, quod non tàm mihi, Rectori pubis Veſtræ dabitis, quàm vicinis & collimitatis, quos ſemper præ ceteris eximiò honore atq; amore proſequuti fuiſtis. PP. Budiſſæ, anni CIↃ CICLI Kal. Octobribus.